Blazowski donat herbor Cthowsky medin Lanczum

Christophorus Blazowski cum suis successoribus actis facere tenetur quoniam necessarium fuerit tenebitur et tenebunt nulla prescriptione terrarum in premissis obstare super quo memoriale solutum est officio

Blazowski transfundit ius suum super Camjeniski

Stans personaliter coram officio Surrogatoriali Castrensi Premislien. Sacrae Praesentis Nobilis Joannes Blazowski Mychaljowicz tutor Naturalis Nobilium Mathiae et Nastazie filij et filiae olim Nobilis Fiechko Blazowski Mychalowicz fratris sui germani Recedens a iure suo terrarum sororum competentem et huic praesenti iurisdictioni Castrensi Premislien. se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis incorporatum et immisceratum mente et corpore sanus exnunc publice palam Recognovit Quia de omni et integro iure suo quod cumque ipsum concernebat et concernit a nobili Nicolao Herbortowski tum et nobilium Mathiae et Nastazie filij et filiae successorum legitimorum olim nobilis Fiechko Blazowski Mychalowicz fratris sui germani bonorum infrascriptorum heredes Quorum tam bonorum quam et puerorum vigore tutorie Naturali ipse Joannes Blazowski tutoriam gerit et pro quorum ratihabitione infrascriptorum omnium Canet et se in omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per eum ubicumque habitis et habere inscribit et obligat et hoc exemptionis bonorum infrascriptorum eorundem puerorum Minorennium hereditariorum videlicet Medietatis lanei dicti Chranzowski senatus Vlassinowska et Cmethonis dicti Chomaczowski Necnon tertie sortis piscine in villa et hereditate Vlassinowicz Necnon tertie sortis piscine in villa et hereditate sortis Blazowski Quae idem Joannes nomine suo et praefatorum puerorum Minorennium quorum ipse tutoriam gerit de manibus praefati Nicolai Herbortowski propriis pecuniis Nobilis Georgii Kamienski per ipsum Joannem Mychaljowicz apud eundem Kamienski receptis decreto Judicii terrarum Premislien. mediante Jure hereditario decretum Judicii terrarum Premislien. de super Canem in proxime praeterito possitione actorum terrarum Premislien. latum exemerat Quaecumque bona supra scripta videlicet medium lanem dictum Chranzowski senatus Vlassinowska et Cmethonis dicti Chomaczowski Necnon tertie sortis piscine in villa et hereditate sortis Blazowski Nobilis olim Fiechko Blazowski Mychaljowicz pro praefatorum Minorennium eidem Nicolao Herbortowski in summa centum Quadraginta florenorum pecunia mensis polonicalis primum actis Castrensibus Premislien. praesentibus deinde per transportationem actis terrestribus Premislien. inscripserat et obligaverat

Ad quam inscriptionem et obligationem praefata latius premissa obloquitur Eidem Nobili Georgio Kamienski cum Samboriensi et eius successoribus cedit et condescendit ita ex nunc totaliter et plenarie omnique iure suo praefatum et puerorum praefatorum Minorennium in eundem Georgium Kamienski et eius successores plenarie et totaliter transfundit incorporat et immiscerat cum omni iure domino ac proprietate et cum omnibus et singulis qualibet punctis clausulis articulis conditionibusque intentione et tuitione in ipsa inscriptione per ipsum olim Fiechko eidem Nicolao Herbortowski facta descriptis una etiam et cum additione ritualis et nobilium ad intromittendum cum remissione ad Brachium regale in defectu admissi seu admittendi intromissionis per ipsum Georgium Kamienski et eius successores bona praefata iure eorum tenendi et possidendi ac eis utifruendi cum omni iure et dominio toto et cum omnibus gratiis utilitatibus fructibus et proventibus nihil excipiendo neque reservando iuris dominii et proprietatis usque ad exemptionem et summam praefatam plenariam omnimodam per solutionem in quaecumque bona tam vigore decreti praefati quam etiam iure suo et praefatorum puerorum dat et dedit sibi realiter intronisatum et actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrarum quaecumque sibi elegerit ita ex officio praesenti additum in bonis praefatis dare et libere admittere se et suos successores super bonis suis inscribit et obligat super bonis suis omnibus sub vacuo Amili centum et Quadraginta florenorum pecunia inscribitque se et suos successores super bonis suis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per eum habitis et habendis idem Joannes Blazowski eundem Georgium Kamienski et eius successores in dictis bonis eidem praesenti inscriptione nomine suo et puerorum suorum condescensorum ab omnibus damnis et impedimentis quarumlibet personarum sexus et status utriusque et ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vincula reformationibus dotis et dotalitiorum admitalitatumque tam mutua quam divisarum cuiuscumque personarum factis et faciendis necnon ab omnibus cittationibus concittationibus lucris per lucris penis vadiis in bonis praefatis possitis et ponendis per ductus et perducendis tantum quoniam necessarium fuerit tueri defendere intercedere eliberare pacificare ac ubilibet iuxta formam iuris indemne et indemnes reddere sub simili et speciali vacuo centum et Quadraginta florenorum pecunia tam in conditione adiecta et specialiter interposita Quod idem Joannes Blazowski nomine dicti nec potius erit iuris se et suos successores super omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus inscribit et obligat eidem Georgio Kamienski et eius successoribus eundem Georgium Kamienski et eius successores de bonis praefatis praesenti inscriptione eidem suo et eorundem puerorum Minorennium nominibus condescensis non exemere nec quomodo alium personarum ad exemendum committere quousque praefati Mathias et Nastazia filius et filia olim praefati Fiechko Blazowski Minorennes ad annos legitime etatis